spolia barbari ceu opimū belli decus preferens occurrit. Igitur bac
trianorū regione artabaxo tradita sarcinas et impedimenta
ibi cum presidio reliquit: Ipē cum expedito agmine loca deser
ta lusitanorū intrat: nocturno itinere exercitū ducens. aq̃ruz
ut ante dictum est penuria prius desperatione q̄ desiderio bibē
di sitim accendit: per. cccc. stadia ne modicus quidē humor
existit: arena uapor estiui solis accendit. que ubi flagrare cepe
runt haud secus q̄ continenti incendio cuncta torrentur:
Caligo deinde immodico terre feruore excitata lucem tegit ca
porumq; non alia q̄ uasti et profundi equoris spes est: Noctur
nū iter tollerabile uidebatur. quia rore et matutino frigore
corpora leuabant. Ceterū cum ipā luce estus oritur. omnemq;
naturalem humorē absorbet siccitas. ora uisceraq; penitus uri
tur. Itaq; primū animi deinde corpora deficere ceperunt: pi
gebat & consistere & progredi. pauci a peritis regionis admoniti
preparaurant aquā. hec paulisper repressit sitim: deinde crescēte
estu rursus desiderium [hu] amoris accensum est. Igitur quicqd
uini oleiq; erat hominibꝰ [ingerebatur] ingrediebatur. tantaq; dulcedo bi
bendi fuit: ut inposterū sitis non timeretur: Graues deinde
auide hausto humoreq; non [ua] fuit. ut imposterū sitis nō time
tur [ent] sustinere. arma non ingredi poterant & feliciores uidebā
tur quos aqua defecerat cum ipsis sine modo infusam uomi
tu cogerentur egerere: Anxium regem tantis malis circum
fusi amici ut meminisset sui orabant. animi sui magnitudi
nem unicū remediū deficientis exercitus eē: cum ex his qui
precesserant ad capiendū locum castris duo occurrūt. utribꝰ
aquā gestantes. ut filijs suis quos in eodem agmine eē et egre
pati sitim non ignorabant occurrerent. qui cum in regē occur
rissent. alter ex his utre resoluto uas quod simul referebat im
plet porrigens regi. ille accipit percunctatus quibꝰ [a e] poterat aquā
filijs ferre cognoscit. tunc poculo pleno sicut oblatum est reddi

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_915/0156
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG